nime latuit. Unde ad maurum quendam monachum ac-
currere fecit quod puer ille in lacum cecidit. Ad iussum patris
et uelociter est super undas ambulando puerum quem iam
unda penitus est unius sagitte actu introrsus traxerat
manibus arripuit et eum uiuum ad aridam producebat.
Istam rem maurus suis non iussis ascribebat quod quod super und-
as ambulauerat tunc ignorabat. Postea sibi gesta re ex-
pressa sancto uiro intimauit referens quod suis meritis hoc fu-
isset processum. Ergo pater uenando humana laude non apperet,
uirtuti illius obedientie deputauit. Legitur quidam cl-
Item legitur quod in suo tempore relicto ipsum persequebatur.
Presbyter fuit quidam clericus dyaboli seruus nomine Florentinus qui
pre nimia perfectione sancti uiri ipsum incepit persequi in tantum
ut omnia bona que de ipso audierat sinistra interpretatione
peruerteret. Igitur quadam die misit sibi panem ueneno infec-
tum quasi pro munere uolens illum ad interitum mortis deducere. Sed
sanctus pater per spiritum sanctum sciens hunc panem infectum per coruum
siluestrem iussit hunc panem ad loca deserta deportari
timens ne aliquis ex gustu eiusdem lederetur. Coruus autem sic iussus mox
patri paruit et eundem panem deportans a longe proiecit. Florentinus
autem uidens se nichil sic proficere congregauit VII puellas speci-
osas nudas mittens ad cellam sancti uiri luderent et choriçarent
ut saltim sic sanctum patrem uel quemquam suorum monachorum posset
decipere in anima. Unde beatus ipse pater dedit fugam ut saltim sic se
persequentem mitigaret. Qui sic pacto dum de recessu sancti ui-
ri nimium ille miser gauderet quasi uictor in suis malis ma-
chinationibus iudicio dei eadem nocte repente per ruinam
domus ipse ad mortem contritus est. Unde maurus ille monachus quasi
gaudens de interitu inimici nunciauit benedicto sancto patri ut
reuerteretur quod ille inimicus mortuus est. Quod cum sanctus ille audisset